



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorum Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non
peribit in finem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

idolorum. Qui enim semel offendit, non mox obliuiscitur dei, sed scit se male egisse & reuertitur facile. Qui autem obliuiscitur, sine fine offendit, nesciens sese offendere, quod est impiorum proprie. Ideo sunt idem impij & gentes obliuiscuntur dei, utique necessaria est conuersio ad infernum, ut comprehendatur in operibus suis. Oblerandū uero hunc uersum orari non simpliciter aduersus impios conuertendos, sed quia ipsi sunt qui persequitur Almuth impietate & superbia suat. Id quod uersus sequens uelut rationem reddens huius orationis ostendit.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

Poterat sic reddere: Quoniam non in fine obliuiscetur pauperis. Quod & hebreo aptius respondet & affectum in deum dulcius mouet, subauditur enim, Deus non obliuiscetur, cuius dixit in fine uersus precedētis gentes oblitus. Quasi uersa sermonis figura dicitur: Gentes obliuiscuntur deum, persequētes Almuth martyrum, at deus non obliuiscetur pauperis Almuth, cum tamen ad sensum appareat, utrinque longe contrarium: Nempe quod impij uidentur etiam zelo dei ferere, tantum abest, ut obliuiscatur deum, nisi in memoria dei esse creditur. Adeo in spiritu loquitur & fidem requirit, quæ intelligat, quomodo consoletur his uerbis tribulatos, passos & morientes.

Quam obseruata diligentius hebraica gramatica, id quod uersu precedente dicitur: Omnes gentes quæ obliuiscuntur deum, magis eos sonat, qui improprie tant martyribus illud psal. xli. Vbi est deus tuus? Et infra: Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in finem. Vt illud quod superius Almuth apud ludæos passam, dixit: Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Idem de eadem hic apud gentes passam referat. Tam ludæi enim, quæ gentes conati sunt, ut Martyres redderent pusillanimes in fide dei, non solum eos persequendo, sed etiam de adiutorio dei insultando, sicut & Christo in cruce fecerunt, illud psalmi, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini eum & comprehendite, quia non est qui eripiat. Adeo non satis habet impij, quæ corpora occidunt, nisi & fidem & spem, tentent occidere. Vnde hebreis, uersu precedente, obliuiscētes deum, possunt intelligi non modo qui ipsi obliuiscuntur, sed qui id agunt, ut credatur deus oblitus pauperum. Quem sensum plane disserit Hiero. in suo commentario.

Dulcissime autem nos confortat his uerbis spiritus, ut sciamus, seu uerba, seu cogitationes, quæ nobis diffidentiam, pusillanimitatem, desperationem mouent, non esse ex deo, sed, ut optime psalmus, xli. docet, ex diabolo, uel hominibus, dicens: Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum aspergit me inimicus meus, dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? Ita uidemus sanctos patres uehementer fuisse in fide & spe exercitatos & eos eruditos, ut non dubitent pronuntiare pusillanimitatem suam esse quidem a deo, sed tamen per diabolum & hominem, qui uerbo & cogitatione moueat hanc cordis molestiam. Caterum alienum est opus hoc a deo qui operari contra seipsum non potest, ideo ad se diligendum, sperandū, credendum, letandum, operatur, quo impleatur præceptum eius primum, quo præcepit: Non habebis deos alienos, præter me.

V Ita & hic

Impij persecutores pauperum, fidem, & spem tentant occidere.

In fide & spe patres exercitati.

Cuiusmodi
uerbis opus sit
tribulatis.

Ita & hic uersus sancta indignatione se suscitatur aduersus eos, qui deum
tum eius, intentat, dicens: Non erit in finem obliuio pauperis. Talibus
uerbis opus habent, passi, morientes & afflicti, ne pulillanimes fiant. Scien-
tiam & spem habeamus. Obserua, patientiam dicit. Et hic concedit con-
nem dei, sed negat in finem duraturam, deserit enim nos aliquantum, uolun-
damus, sed non in finem, ne deficiamus.

Patientia pauperum, id est, expectatio afflictorum. Aliud enim nomen pre-
pertatis, hic, q̄ parte priore habetur, hoc enī, ut supra dictum est, afflictio-
quoq̄ significat, scilicet, paupertatem spiritus, hoc est, qui sine consolatione
sunt. De quibus supra: Non est oblitus clamorē pauperum, id est afflictorum.
Ita hic dicit, id quod expectant pauperes (magis enim expectandi q̄ patienti-
uerbum est) non frustra expectant, Veniens ueniet dominus saluator, quem
expectant. Sic psal. xxxvj, Non dabit in aeternum fluctuationem iusto. Quod
enim differt, non aufert, inquit, hoc loco Hiero, modo sit, qui sufferat. Expo-
ctandum itaq̄ est, non tentandus deus presentaneo auxilio.

Exurge dñe, nō cōfortetur homo, iudicētur gētes in cōspectu tuo.

Concludit psalmum duobus uersibus orantibus pro ijs, quae superius & sa-
cta & futura cecinit, hoc est, ut impij conuertantur & pereant, cognito iudicio
dei, & augeat populus Christi. Appellat autem eos uocabulo despectu homi-
nis: Non confortetur (inquit) homo, id est, cum sint Enos & uere miserabiles,
ut quid inflantur, erigunturq̄ aduersus sanctos tuos in superbia & abusione,
fidentes in magnitudine potentiae, sapiētiae, iusticiae suae. Desinat ergo eorum
robur & infirmetur, nec sinas eos praeualere sanctis tuis in finem: Quin poti-
us increpentur & iudicentur in conspectu tuo, hoc est, cognoscatur eis domi-
nus iudicia faciens, terrore corripiantur & trementes, sua impietate intellecta,
querant humiliter misericordiam tuam.

Iudicari in cō-
spectu dei &
hominum.

Aliud enim est iudicari in conspectu dei, aliud in conspectu hominum: Iu-
diciū dei scrutatur renes & corda, & neminem inuenit innocentem, ideoq̄
omnes pauefacit & humiliter uehementissime, conuertens peccatores in in-
fernum. At iudiciū hominum natat in superficie carnis & neminem intus
inuenit nocentem, ideoq̄ blāditur & decipit omnes qui confidunt in ipsū.
Sicut Isai. ix. dicit: Et erunt qui beatificantur, praecipitati. Mihi, inquit, j. Cor. iij, pro mini no est, ut a uobis
iudicer, aut ab humano die, nec me ipsum iudico, qui autem me iudicat domi-
nus est. Ideo quando impijs frustra omnia dicuntur, canuntur, geruntur, cum
nec uerbis, nec operibus, nec miraculis cedant, sintq̄ generatio illa adultera,
de quibus Mat. xj, Cecinimus uobis & non saluastis, lamentati sumus & non
planxistis; Solum illud reliquum est, ut pro zelo eis imprecemur, argui in con-
spectu dei, hanc enim increpationem non sustinent.

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quo-
niam homines sunt. Sela.

Hieronymus: Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse se. Ve-
rum hebraeus sic distinguit uersum: Pone domine legislatore (siue terrorem)
eis, scient